Fasciculi 27 quaterniones ex charta laevigata, duabus manibus coaevis (secunda = ff. 197 ss.) exarati. F. 1r iteratur exercitationis causa initium libri. F. 1v possessoris nota: † *τὸ βιβλίον τοῦτο κτῆμα εστὶν Ἰωάννου πατριαρκικοῦ νοταρίου τοῦ Χορτασμένου* † (cf. cod. 163, f. 301v; Cat., p. 187), qui post codicis summarium addidit: † *ὠνησάμην τὸ βιβλίον μηνὶ σεπτεβρίῳ πέμπτη τοῦ ,ς ϡ ιαου ἔτους ἰνδ. ιαης* (1402), *ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων αὐτοκρατόρων ἡμῶν κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγ(ου) καὶ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγ(ου), ἀρχιερατεύοντος τοῦ ἁγ(ιωτά)του κυροῦ Ματθαίου* †, et f. 2 summo nomen suum litteris inter se ligatis apposuit. F. IV brevior farrago sine momento sub inscriptione *Παύλου τοῦ μεγάλου ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῆς*.

Tabulae anteriori aversae adhaeret syllabus anno 1550 posterior: *Apophtegmata sapien|tum tam gentilium qua(m) | Christianor(um).* | *. 884.* In f. 59 nota A. Mai; ff. 196v. 215v–216v sine scriptura.

Integumentum ex corio rubro, fibulis munitum; in tabulis et in dorso tesserae gentiliciae Pauli V et Scipionis Borghese cardinalis bibliothecarii; in dorso schedula saec. XVII cum nota rubra *742*.

743 (olim 1009). Saec. XVI, chartac., mm. 200×135, ff. II (add.). 108 (+ 6a. 95a), linn. 20.

Varia philosophica et poetica ex codice lacunis hiante descripta.

1 (ff. 1–3v) **Demophili** similitudines (Mullach, Fragm. philos. graec. I, Parisiis 1883, p. 485–487) atque nulla facta distinctione (ff. 3v–6) eiusdem sententiae pythagoricae (op. cit., p. 497–499).

2 (ff. 6–46v) sententiarum collectio ex auctoribus profanis (ed. L. Sternbach, De Gnomologio Vaticano inedito, apud *Wiener Studien* IX, 1887, p. 175–206; X, 1888, p. 1–49, 211–260; XI, 1889, p. 43–64, 192–242).

3 (ff 46v–52v) **Plutarchi** sententiae; prima *Οὔτε ἐξ ἱεροῦ τὴν εὐσέβειαν, οὔτε ἐκ φιλοσοφίας ἀρτέον τὴν ἀλήθειαν*, ultima *Τοῖς ἄφροσιν ὥσπερ τοῖς παιδίοις μικρὰ πρόφασις εἰς τὸ κλαίειν ἱκανή*.

4 (ff. 52v–56v) ⟨sapientum graecorum sententiae⟩, *φιλοσόφων* cod. (inc. *Κλεόβουλος Λίνδιος εἶπεν· Θεὸν σέβεσθαι, γονέας αἰδεῖσθαι*, des. *δαπανώμενος γὰρ ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, ὀλίγος ἐστὶν ἐφ' ἃ δεῖ*); cf. Fragm. phil. graec. I, p. 212–218.

5 oracula sibyllina, nempe (ff. 57–61v) *λόγος θ'* scilicet VI, VII 1, VIII 218–428; — (ff. 61v–66) *λόγος ι'* scilicet IV; — (ff. 66–90v) *λόγοι ια'-ιδ'*; — (f. 90v) *λόγος ιε'*, hoc est VIII 1–8 (vide ed. Geffcken, p. XXI, ubi noster siglo V notatus a saec. XIV perperam repetitur).

6 versus christiani; primam seriem (ff. 91–97v) efficiunt quaterni LXV ex diversis rhythmis (inc. *Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστι*); — secunda (ff. 98–102) respondet, paucis exceptis, collectioni a Cramero editae (Anecdota graeca e codd. Bibl. Reg. Paris. IV, 1841, p. 287,

15–291, 27; 292, 1–18; 293, 1–2; 295, 23–28); — tertia (ff. 102–106^{v}) praebet inter alia versus *εἰς ἀστρονόμον*, (f. 105) *εἰς πίθηκον λαβόντα μεγάλην γυναῖκα* et in s. Iacobum, (f. 106) in s. Barbaram et (f. 106$^{r\cdot v}$) in chorum *τῶν ψαλτῶν καὶ εἰς τὸν χειρονόμον.*

Liber a duobus scribis sese excipientibus (e. g. ff. 57. 57^{v}. 61. 63^{v}. 64) descriptus, quem efficiunt fasciculi quindecim ex charta laevigata. Inscriptiones, ornamenta, litterae initiales maximae minio distincta.

F. I index saec. XVIII; f. II syllabus anno 1550 posterior: *Demophili pitagorici* | *sententiae.* | . *1009*; notulae A. Mai in ff. 57. 57^{v}. 66; sigillum Bibl. Nat. Paris. in ff. 1 et 106^{v}; ff. 107. 108 vacua.

Integumentum membranaceum; in dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh.-Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

744 (olim 632). Saec. X, membran., mm. 287 × 195, ff. I (chart. add.). 162, linn. 40 circa.

Psalmi et cantica cum prologis et catena (Karo-Lietzmann, Catenarum graecarum catalogus, p. 49: typus XVII), hoc ordine:

[1] prologi, scilicet [a] (f. 1) ⟨**Origenis**⟩; inc. mut. *οὖν πρὸς τοῦτο ὅτι* des. *Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ* (M. 12, 1057 C 3–10); [b] (ib.) ⟨eiusdem⟩ *Πολλάκις ζητήσας τὴν αἰτίαν — καὶ σὺ ἐπιστήσεις* (M. 1057 C 12–1060 C 5); [c] (f. 1$^{r\cdot v}$) in psalmorum inscriptiones (*Ἑκατὸν πεντήκοντα τυγχάνουσιν οἱ ψαλμοί*, sub nomine Eusebii apud M. 23, 66 A–C 1); [d] (f. 1^{v}) ⟨de psalmorum argumentis⟩ (*Ἰστέον ὡς ἡ καθόλου*, apud Pitra, Analecta sacra II, 1884, p. 438–439 [IX]); [e] (ff. 1^{v}–2) ⟨de modo prophetandi⟩ (*Ἰστέον δὲ καὶ ὡς προφητικὸν*, op. cit., p. 439–440 [X]), [f] (f. 2) s. **Iustini philosophi** *ἐκ τοῦ β΄ λόγου περὶ τοῦ εἰ παθητὸς ὁ Χριστός* (ed. Ioh. Mercati, apud ephem. « Biblica », 1941, p. 356–357); [g] (f. 2) **Origenis** in ps. 2, 4 (ed. Mercati, *loc. cit.*, p. 351); [h] (ib.) *τὸ διάψαλμά ἐστιν ἢ προσώπου ἐναλλαγὴ ἢ διανοίας μεταβολὴ ἢ μέλους ὑπαλλαγή*; [i] (f. 2$^{r\cdot v}$) **Ioseppi** libelli memorialis cap. *ρνη΄* (M. 106, 121 D–124 = cap. 120), [k] (ff. 2^{v}–3) **Eusebii** in psalmos (*Ὁ μὲν ψαλμὸς ἔοικεν* = M. 23, 72–73 D 10); [l] (f. 3) quomodo arca in Hierusalem translata compositum est psalterium (*Ἀνάγκην ἔχομεν*, apud Pitra, op. cit., p. 418–419, 8; 420, 8–20 *ὃ σημαίνεται τὸν ὄντα ἤτοι τὸν Κύριον*).

[2] (ff. 4–143^{v}) catena in psalmos. Auctores citantur: Arethas, Asterius, Athanasius, Basilius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Eusebius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Iohannes Chrysostomus, Isidorus Pelusiota, Origenes, Severus, Theodoretus, Theodorus Hera-

cleensis, Theodulus chorepiscopus. Auctorum nomina non numquam desiderata, inde a f. 113^{v} (ps. 116) fere omissa.

[3] (f. 144) psalmus 151.

[4] cantica utriusque Testamenti scholiis aucta: (ff. 144–145^{v}) cant. Moysis in Exodo; (ff. 145^{v}–149) cant. Moysis in Deuteronomio; (ff. 149–150) oratio Annae; (ff. 150–152) oratio Habacuc; (ff. 152–153^{v}) oratio Isaiae; (ff. 153^{v}–154) oratio Ionae; (f. 154$^{r\cdot v}$) oratio Ezechiae; (ff. 155–156) oratio Azariae, *τῶν γ΄ παίδων* ms.; (ff. 156^{v}–157) oratio trium puerorum, nempe Dan. 3, 57–62, 86–88; (f. 157$^{r\cdot v}$) canticum B. M. V.; (ff. 157^{v}–158) canticum Zachariae; (f. 158$^{r\cdot v}$) canticum Symeonis. Auctores nominantur: Cyrillus, Eudoxius, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Hippolytus, Ioh. Chrysostomus, Polychronius, Severus, Theodoretus.

[5] (f. 159) interpretationes variae: in ps. 109, 3^{b} (citatur Hesychius); in ps. 103, 17^{b}; 44, 4–5; 50, 6.

[6] introductiones in psalterium: [a] (ff. 159^{v}–161^{v}) s. **Athanasii** epistola ad Marcellinum (M. 27, 12–45); desiderantur fere omnia quae praebet editio inde a vv. *τοῦτο γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν* (16 B 6) usque ad illa *συντιθεῖσα μίαν τὴν συμφωνίαν ἀποτελεῖ οὕτως* (40 A 8). [b] (f. 161^{v}) **Ioseppi** libri memorialis cap. *ρ΄* (*Πᾶσαν αὐτοῦ συγγραφὴν ἐφ᾽ ἑκάστῳ — κατέλεξε γὰρ καὶ τούτους τῷ Σαλομῶν* (M. 106, 85 D 10–88 B 13 = cap. 73). [c] (ff. 161^{v}–162) s. **Gregorii Nysseni** *εἰς τὸ διάψαλμα. Χρὴ δὲ μηδὲ τὸ διάψαλμα — ὠνομάσθη διάψαλμα* (= in Psalmorum inscriptiones lib. II, 10: M. 44, 533 D–536 D 1). [d] (f. 162) **Hippolyti Romani** argumentum enarrationis in Psalmos (M. 10, 608 B).

Notae hexaplares nonnullae per totum codicem.

Codicem efficiunt fasciculi viginti quaterniones (si excipias undevicesimum septem foliorum) ex exemplo circa finem mutilo (cf. ff. 154^{v}–158^{v}) descripti, in prima singulorum pagina signati (ff. 4–162), quibus praefixa sunt folia tria. Scriptura characteri semiunciali, quo textus sacer ipse distinguitur, propior; atramentum rufum. Correctiones nonnullae siglo *γρ* adhibito; f. 125 glossula latina saec. XIV.

In insula Creta fuisse olim nostrum ex calami saec. XIV probationibus f. 3^{v} impositis satis constat, ubi mutuorum initia ex aliis documentis ut videtur repetita sunt: nominantur David iudaeus et pluries Christophorus Grimani, Candida (cf. R. Morozzo della Rocca, *Curiosita' paleografiche nei protocolli notarili di Candia*, in ephemeride *Archivi*, series II, VII, 1940, p. 57–60). Eodem folio summo invocationes ad B. M. V. orthographia vulgari exaratae.

F. I manu saec. XV in. † *Τῷ … πατριάρχῃ τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ, πάσης Παλαιστήνης τε καὶ Συρίας καὶ Ἀραβί⟨ας⟩ καὶ Κανὰ τῆς Γαλιλαίας καὶ ἁγίας Σιὼν κῦρ Θεοφίλῳ* (Theoph. II?

Le Quien, Oriens christianus III, 513) *δοθήτω* †; inferius ⟨manu Ioh. Tortelli⟩: *Glosę sup(er) psalterium*; ib. syllabus anno 1550 posterior (*Compendium dictionum | ueteris et noui Testamenti. | . 632*); *Catena in Psalmos. Psalmi omnes cu(m) expositione* correxit manus recentior.

Integumentum membranaceum; in dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

745 (olim 487). Saec. X (ff. 1–81). XI (ff. 82–242) et XIII (ff. 243–245), membran., mm. 275 × 202.

1 (ff. 1-81^{v}, linn. 35) ⟨**Olympiodori** diaconi Alexandrini?⟩ commentarius in Iob. Inc. mut. *τὰ ἑβραϊκὰ αὐτό τε τοῦτο τὸ βιβλίον* (Olympiodori prooemium, in Catena Graec. Patrum in Iob... Patricii Iunii, Londini 1637); abrumpitur in 40, 26: *ἁλιεῖς οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, πλοῖα δὲ τὰς ἐκκλησίας* (op. cit., p. 582). De opere vide A. Vaccari, *Un commento a Giobbe di Giuliano di Eclana*, Roma 1915, p. 128-130; R. D., *Chaînes exégétiques grecques*, col. 1141. — In marginibus, scholia nonnulla manibus diversis saec. XIII apposita et ferro posterius non semel decurtata, atque notae hexaplares.

2 (ff. 82–242, 2 coll., linn. 26) s. **Basilii** ⟨sermones XXIV secundum Symeonis Metaphrastae collectionem⟩ (M. 32, 1116–1381) praemisso indice f. 82^{v}. (ff. 83–93^{v}) sermo 1, (ff. 93^{v}–101) sermo 2, (ff. 101^{v}–105^{v}) sermo 3, (ff. 105^{v}–113^{v}) sermo 4, (ff. 113^{v}–122) sermo 5, (ff. 122–130^{v}) sermo 6, (ff. 131–143) sermo 7, (ff. 143^{v}–156) sermo 8, (ff. 156–160^{v}) sermo 9, (ff. 161–168) sermo 10, (ff. 168-181^{v}) sermo 11, (ff. 181^{v}–187^{v}) sermo 12, (ff. 187^{v}–193) sermo 13, (ff. 193–198) sermo 14, (ff. 198–204) sermo 15, (ff. 204–211^{v}) sermo 16, (ff. 211^{v}–216) sermo 17, (ff. 216–221^{v}) sermo 18, (ff. 221^{v}–226) sermo 19, (ff. 227–230) sermo 20, (ff. 230–233^{v}) sermo 21, (ff. 234–238) sermo 22, (ff. 238–240) sermo 23, (ff. 240–242^{v}) sermo 24. Opera ex quibus collectio facta est litteris rubris non semel notantur.

Ff. 243–245^{v}, linn. 26, lota ad novam scripturam suscipiendam, fragmenta Typici continent: [a] (f. 243$^{r \cdot v}$) mensis martii 22–25, [b] (f. 244$^{r \cdot v}$) aprilis 1-25, [c] (f. 245$^{r \cdot v}$) ianuarii 22–27.

Partes duae in unum compactae atque folia tria in calce addita. Pars prior, quae fasciculos saltem undecim comprehendebat, primi fasciculi folium primum atque ultimi folia sex suprema (post 81^{v}) perdidit. Scriptura accurata; diorthotae ni fallor obtusus calamus in foliis compluribus (e. g. ff. 11^{v}. 14^{v}. 22^{v}. 26^{v}. 29. 42); ipsius scribae scholion (f. 8^{v}); manu saec. XIII, quae glossas marginibus compluribus adiecit, correctiones et additamenta (cf. ff. 33^{v}. 34. 35. 36. 53^{v}. 55. 57^{v}. 62). — Pars altera constat fasciculis viginti quaternionibus, praeter quintum decimum ternionem et undevicesimum quinionem, cruce notisque propriis in prima singulorum pagina signatis. Rubro colore distincta sunt *πίναξ* folii 82^{v} praevii, *πύλη* f. 83 et aliae sermonum inscriptiones, excerptorum fontes plerique.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

746 (olim 478). Saec. XII (ff. 1–13. 337 suppl. saec. XIV), membran., mm. 395 × 300, ff. 508, linn. 45 circiter. In duas partes dispertitus (II = ff. 252 ss.).

Octateuchus cum catena (Karo-Lietzmann, typus III; vide cod. 383). Praecedunt [a] (ff. 1–12) Aristeae epistola, inde a vv. *ὑπ᾿ αὐτῶν τῶν πραγ]μάτων* (ed. Thackeray, p. 521, 24–574), [b] (f. 13) **Theodoreti** praefatio ad Hypatium (M. 80, 76), [c] (f. 13^{v}) ⟨**Gregorii Nysseni**⟩ locus: *⟨Ἐ⟩πειδήπερ εἰσαγωγικὸν πρὸς θεογνωσίαν — ἄντικρύς ἐστι φωνή* (in Hexaemeron liber; M. 44, 69 D 5–72 C 13). De collectione et auctoribus, qui citantur, fusius disserui (*Anciens commentateurs de l'Octateuque*, apud *Revue Biblique* 1935–1936).

1 (ff. 14–150^{v}) in Genesim. Auctores citantur: Acacius, Apollinaris, Basilius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Ephraem, Eusebius Emesenus, Eustathius, Gennadius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hippolytus, Iohannes Chrysostomus, Iosephus, Irenaeus, Isidorus, Melito, Origenes, Philo episcopus, hebraeus, Serapio Thmueos, Severianus, Severus, Successus Diocaesariensis, Theodoretus, Theodorus Mopsuestenus, Theophilus Alexandrinus. In fine: *Γένεσις:· στίχοι ͵δτη*. Desideratur 1, 18–25 (vide infra).

2 (ff. 151-260^{v}) in Exodum. Citantur: Acacius, Basilius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Eusebius Emesenus, Gennadius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Iohannes Chrysostomus, Iosephus, Isidorus, Origenes, Philo, Severianus, Severus, Theodoretus, Theodorus. In fine: † *τέλος τῆς ἐξόδ(ου)* † *στιχχ ͵γυ* †.

3 (ff. 260^{v}–310^{v}) in Leviticum. Citantur: Apollinaris, Cyrillus, Diodorus, Eusebius, Isidorus, Iustinus, Origenes, Severianus, Severus, Theodoretus. Desiderantur 11, 44–13, 1 et 13, 27-39 (vide infra). In fine: *Λευιτικὸν στιχχ ͵βψ*.

4 (ff. 310^{v}–374) in Numeros. Citantur: Acacius, Apollinaris, Basilius, Cyrillus, Diodorus, Ephraem, Eusebius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Iohannes Chrysostomus, Irenaeus, Origenes, Philo, Severus, Theodoretus,

[5] (ff. 374^{v}–438^{v}) in Deuteronomium. Citantur: Apollinaris, Basilius, Cyrillus, Diodorus, Dionysius Alex., Eusebius Caesariensis, Eusebius Emesenus, Gregorius Nyssenus, Iohannes Chrysostomus, Irenaeus, Isidorus, Nilus monachus, Origenes, Severianus, Severus, Theodoretus.

[6] (ff. 438^{v}–468) in Iosue. Citantur: Cyrillus, Diodorus, Eusebius, Ioh. Chrysostomus, Origenes, Severus, Theodoretus, Theodorus Mopsuestenus.

[7] (ff. 468–502^{v}) in Iudices. Citantur: Cyrillus, Diodorus, Eusebius Emesenus, Iohannes Chrysostomus, Iosephus, Irenaeus, Isidorus, Origenes, Severus, Theodoretus, Theodorus Mopsuestenus, Theodulus, Victor.

[8] (ff. 503–508^{v}) in Ruth usque ad 4, 5 *διαθρέψαι τὴν πολιάν σου, ὅτι.* Citantur: Iohannes Chrysostomus, Origenes, Theodoretus; catena abrumpitur in vv. *ὁ Ἰούδας λέγω, οὗ Βοὸζ τὸ [νόμιμον τηρῶν* (Nicephorus, II 275 *Ἀδήλου*).

Picturae plus quam trecentae quinquaginta ornant librum; de quarum genere et familia vide A. Munoz, *Alcune osservazioni intorno al Rotulo di Giosuè e agli Ottateuchi illustrati*, apud *Byzantion* I, 1924, p. 475–483. Sectiones indicantur: Gen. *ρμη'*, Exodus *πδ'*, Levit. *ξβ'*, Num. *ξα'*, Deuteron. *ξδ'*. Notae hexaplares.

Codex complectebatur fasciculos saltem sexaginta sex in prima et ultima singulorum pagina signatos. Fasciculi duo priores necnon folium unum fasciculi *μγ'* iam perdita saec. XIV suppleta sunt (ff. 1–13. 337); exciderunt nullis substituta [a] folia duo post 24^{v} (om. Gen. 1, 18 *καὶ τῆς νυκτὸς* — 25), [b] folium unum post 278^{v} (om. Lev. 11, 44 *καὶ ἅγιοι ἔσεσθε* — 13, 1 *καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς* | ; cf. Nicephorus I, 1029–1031; Theodoretus, quaest. 14: M. 80, 320 A 4), [c] unum post 280^{v} (om. Lev. 13, 27 *τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ* — 13, 39 *καὶ ὄ[ψεται ὁ ἱερεὺς*; cf. Niceph. 1037–1039), [d] folia quae 508^{v} subsequebantur nempe fasc. *ξς'*.

Textus sacer mediam foliorum partem occupat margini interiori adiacentem, scholia autem litteris aliquanto minutioribus margines circum. Inscriptiones, lemmata, litterae initiales maiores minio distincta. Fenestrae apertae in ff. 436. 436^{v}. 471. 503^{v}; margines inferiores ff. 285. 286 atque superior f. 328 ferro resecti. F. 508^{v} manu rudi † *εχιε τουτο το βιβιον φιλα πετακοσια εξ.* Lacunae *ἐν ἑτέρῳ* rubro colore signantur (ff. 302^{v}. 372) quae respondent cod. 747 ff. 151^{v}. 186; f. 394 manu saec. XIV *aue graci.*

De codice egit A. Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des A. T.*, p. 254–255.

Integumenti tabulis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh.-B. Pitra card. bibliothecarii.

747 (olim 479). Saec. XI, membran., mm. 360 × 285, ff. 260, linn. 48–73.

Octateuchus cum catena marginibus exterioribus adscripta (Karo-Lietzmann, Caten. graec. catalogus, p. 13–14: typus III b²). Praemittitur (ff. 1–11^{v}) Aristeae epistola, ex qua deciderunt vv. *ἀπόκλιμα τὴν διατύπωσιν — καὶ καλῆς καί τινων* (ed. Thackeray, p. 530, 8–538, 11) duobus foliis post 3^{v} deperditis.

[1] (ff. 12–71^{v}) Genesis. [2] (ff. 72–122^{v}) Exodus; desideratur 37, 6 *κατεχρύ]σωσαν χρυσίῳ* — 38, 20 *κεφαλίδας τὰς χαλκᾶς τῇ [θύρᾳ* (cf. cod. 746, ff. 257–258) uno folio post 120^{v} effluxo. [3] (ff. 123–146^{v}) Leviticus; perierunt [a] 4, 34 *ἐπιθήσει ἐπὶ τὰ κέρατα* — 6, 2 *παρίδῃ τὰς ἐντολὰς Κυριου καὶ* (cod. 746, ff. 267^{v}–269^{v}) ex casu folii unius post 126^{v}, [b] finis libri inde a *τὰς ψυχὰς [ὑμῶν καὶ προσάξετε* (23, 27) foliis pluribus post 146^{v} ereptis (cf. cod. 746, ff. 302^{v}–314^{v}; Nicephori catena I, 1127–1173). [4] (ff. 152–186^{v}) Numeri 3, 13 *ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐπάταξα* — 34, 29 (cf. cod. 746, f. 372; Nicephori catena I, 1406). [5] Deuteronomium revera (ff. 187–191^{v}. 148–151^{v}) 1, 3–9, 2 *καὶ πολὺν καὶ εὐμήκη*, (ff. 192–215) 12, 3 *κατακαύσετε πυρί κ. τ. λ.*; desunt 9, 2 *υἱοὺς Ἐνάκ* — 12, 3 *καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν* (cf. cod. 746, ff. 389–393^{v}; Nicephori catena I, 1465–1481). [6] (ff. 215^{v}–236^{v}) Iosue. [7] (ff. 237–255^{v}) Iudices inde a 1, 24 *ἐξεπορεύετο ἐκ] τῆς πόλεως* (cf. cod. 746 f. 470; Nicephori catena II, 127). [8] (ff. 256–259) Ruth.

Stichometria, sectiones, auctorum nomina et loci ut in cod. 746. Notae hexaplares. Picturae trecentae sexaginta quinque, nisi fallor. Sequuntur [a] (ff. 259–260) de septem editionibus Scripturae sacrae (M. 84, 28–32 A 3), [b] (f. 260$^{r.v}$) de depopulationibus Israelitarum et [c] (f. 260^{v}) de nominibus divinis, ut in cod. 331 f. 41$^{r.v}$.

Codex accurate descriptus; stichometria, inscriptiones, sectiones, lemmata ceteraque notabilia rubro liquore distincta.

Fasciculis triginta septem, ut videtur, constabat; notarum vix unam reliquit glutinatoris ferrum (*ς'* f. 21). Perierunt fasciculi duo ex prioribus, folia duo post 3^{v}, unum post 120^{v}, unum post 126^{v}, fasciculus (22?) post 146^{v}, folia tria post 151^{v}, duo post 186^{v}, duo post 236^{v}, ultimum (?) post 260^{v}.

Lacunas plures indicavit lector recens (ff. 147. 186^{v}. 191^{v}. 236^{v}) codicem alium (cod. 746) simul adnotans ope cuius explendas, fenestram f. 126^{v} alius signavit, notulas plumbo adiecit (ff. 147^{v}. 151. 152) alius denique. F. 260^{v} lineae quinque posterius additae et erasae. F. 147 sine textus scriptura. De codice egit A. Rahlfs, *Verzeichnis...*, p. 254.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

748 (olim ?). Saec. XIII (ff. 1-VI. 4-8. 41^{a}. 294. 295 saec. XVI), chartac., mm. 352×265, ff. VII. 295, linn. 33-36.

Octateuchus cum catena, ut in codicibus 746 et 747, paucis exceptis. [1] (ff. 1-78^{v}) Genesis; [2] (ff. 78^{v}-144^{v}) Exodus; [3] (ff. 144^{v}-170) Leviticus; [4] (ff. 170^{v}-209) Numeri; [5] (ff. 209^{v}-252^{v}) Deuteronomium; [6] (ff. 252^{v}-270) Iosue; [7] (ff. 270-290) Iudices; [8] (ff. 290-294) Ruth. In fine [a] (f. 294^{r-v}) de septem editionibus Scripturae, [b] (f. 294^{v}) de depopulationibus Israelitarum, [c] (f. 295) de nominibus divinis ut in codd. 331 et 747.

Liber charta communi, calamo citato, forma *μακροστίχῳ* seu lineis plenis descriptus; textus sacer virgulis duplicibus signatus, auctorum autem nomina vix distincta.

Fasciculi λζ' in prima singulorum pagina ima sinistrorsum notati; folia extrema, quae perierant, supplevit saec. XVI declinante ⟨Vivianus Brunoro⟩ ex codice 747 exemplari (ff. II-VI. 4-8. 294. 295); idem codicum instaurator folium 41^{a} inseruit lacunasque nonnullas explevit.

Ff. 79^{v}-83 lemmata marginibus adiecta necnon scholia; f. I codicis *πίναξ* a Iohanne a s. Maura (?) digestus. Codicem lustravit A. Mai; notitia brevis apud A. Rahlfs, *Verzeichnis ...*, p. 255.

Integumentum corio castaneo obductum, fibulis atque catena olim munitum, tesseras gentilicias praebet Gregorii XIII in tabula anteriore, G. Sirleti in tabula posteriore; in dorso schedula chartacea saec. XVII cum nota rubra *748*.

749 (olim 480). Saec. VIII-IX, membran., mm. 380×275, ff. II (add.). 250, coll. 2, linn. 40 circa. Ordo foliorum restituendus: 1-172. 174-194. 173. 195 ss. In duas partes dispertitus (II = ff. 109-250).

Iob cum catena (Karo-Lietzmann, op. cit., p. 322; typus I), praemissis prologis [1] (f. 1^{r-v}) ⟨**Olympiodori**⟩ inde a vv. *νενο]ηκότας τὰ ἑβραϊκὰ* usque ad illa *ἑτέροις παραμυθήσασθαι λόγοις συνεχωρήθησαν* (cf. codd. 338, ff. 1^{v}-2; 745, f. 1^{r-v}); [2] (f. 2^{r-v}) **Polychronii** ⟨de Scripturarum obscuritate⟩; inc. *Ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀσάφεια*, des. *καὶ γραφὴ παραδέδωκεν*, [3] (ff. 3^{v}-5) eiusdem argumentum in Iob (*Εἰς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ἰὼβ διαφόρως — μεγίστην ὑπομείνῃ ζημίαν*: Catena Graecorum Petrum in beatum Iob ... opera et studio Patricii Iunii, Londini, 1637, p. A 1^{v}-A 3^{v}); [4] (f. 5) dialogorum elenchus, idem f. 250^{v}.

Auctores nominantur: Apollinaris, Basilius, Clemens, Cyrillus, Didymus, Dionysius Areopagita, Eusebius, Evagrius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Iohannes Chrysostomus, Iulianus, Methodius, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus, Theodorus Mopsuestenus,

Theophilus Alexandriae (vide quae nuper scripsi in *Chaînes exégétiques*, 1140-1145).

Desiderantur [a] 2, 11^{a-f} *ὁμοθυμαδὸν* post f. 28^{v}, [b] 14, 19^{b} (*καὶ κατέκλυσεν*) — 22 post 99^{v}, [c] 15, 35^{bc} post 108^{v}, [d] 17, 14-16 post 115^{v}, [e] 30, 8-23^{a} post 172^{v}, [f] 31, 5^{b}-24 post 175^{v}, [g] 34, 35-37 post 173^{v}.

Picturae quinquaginta septem, quarum notitiam edidit I.-B. Pitra (Analecta Sacra II, 1884, p. 393-394). Notae hexaplares.

Liber charactere unciali, qui dicitur, accurate descriptus; textus sacer litteris grandioribus dextrorsum proclinatis exaratus foliorum interiorem partem occupat, scholia vero litteris erectis moduli paullo minoris impressa marginibus exterioribus adiecta sunt. Lemmata, numeri aut notae quibus scholia signantur minio distincta, exceptis ff. 113-184. 185^{v}-192. 214^{v} ss. aliisque pluribus a rubricatore omissis.

Fasciculi fuerunt olim ΛΔ in prima cuiusque pagina summa notati. Deciderunt ex primo folia quinque, ex *δ'* folium unum (post 28^{v}), ex *ιγ'* folia duo [post 99^{v}, ubi monitio antiqua: *ζητ(ει) ετερο(ν) εις τὸ ἀπο τουτ(ου) καταβατ(ον)*], ex *ιδ'* folium ultimum (post 108^{v}), ex *ιε'* folium ultimum (post 115^{v}), ex *κγ'* folia duo (post 172^{v}) et tria (post 175^{v}), ex *κϛ'* folium unum (post 173^{v}), folia tria ultima. F. 250^{v} manu saec. XIII-XIV *Ἰὼβ ἐξηγούμενος*.

Inter libros Sixti IV noster recenseri videtur (Müntz et Fabre, *La bibliothèque ...*, p. 245: «Job cum expositione et pictura. Ex membr. in rubeo»). F. I libri positio antiqua *N̊ 3 3 Plu*; inferius syllabus anno 1550 posterior: *Catena in Iob | 480*; f. I^{v} manu saec. XVI: *Iob c(um) expo(sitio)ne diversor(um)*; f. II^{v} scheda ⟨A. Mai⟩. De codice egit A. Rahlfs, *Verzeichnis ...*, p. 255.

Integumentum membranaceum; tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh.-Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

750 (olim 481). Saec. X-XI, membran., mm. 285×215, ff. 299, linn. 30.

Iob cum catena (Karo-Lietzmann, op. cit., p. 322 = typus I) ut in codice 749, ff. 6-250^{v}; omittuntur prologi. Desiderantur 26, 12 *τὴν θάλασσαν* — 14 (cf. cod. 749, ff. 156^{v}-157) post f. 201^{v}; 38, 31^{b}-40, 15 (cf. 749, ff. 219^{v}-231^{v}) post f. 283^{v}.

Auctorum nomina et loci ut in cod. 749. Notae hexaplares.

Liber accurate perscriptus, marginibus amplis praeditus. Charactere semi-unciali exarata sunt lemmata et textus sacer, qui inter paginas medias, spatio vacuo utrimque relicto necnon additis spiculis, eminet.

Fasciculi fuerunt *μα'* in prima pagina dextrorsum notati, quaterniones praeter 11. 19. 15. 31 foliorum septem. Perierunt folium unum fasc. *κϛ'* (post 201^{v}), fasc. λζ'-λθ' (post 283^{v}). Inter ff. 1^{v} et 2 glutinator recens chartas tres ⟨A. Mai⟩ inseruit. Margines exteriores ff. 271 et 272 ferro excisi.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo scutum Pii IX.

751 (olim 482). Saec. XIII-XIV, membran., mm. 342 × 238, ff. I. 168 (I et 168 chartac. add.), linn. 50. Ordo foliorum restituendus: 1–28. 31. 32. 29. 30. 33–67. 70. 71. 68. 69. 72 ss.

Iob cum catena, eadem paucis exceptis quam edidit Patricius Iunius, Londini 1637 (Karo-Lietzmann, p. 329; typus II). Auctores citantur: Apollinaris, Athanasius, Basilius, Clemens, Cyrillus, Didymus, Dionysius Alexandrinus, Ephraem, Eusebius, Evagrius, Gregorius Nazianzenus, Iohannes Chrysostomus, Isidorus, Iulianus, Methodius, Nilus, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus. Liber abrumpitur iuxta terminum in vv. *ταύτην ἀεὶ καταφεύγωμεν κἂν τὰ πάντων* (Iunius, p. 616 lin. 7 a libri fine).

Codicem efficiebant fasciculi *κβʹ*, quaterniones praeter *ζʹ* foliorum septem; perierunt fasciculus primus necnon ultimi folia duo suprema. F. 1 et 2 in principio reposita experimentum praebent ab ipso librario mox reiectum, quod suffecerunt ff. 18 et 11. Imagines complures auro variisque coloribus pictae, inde autem a f. 108 maximam partem minio simplici adumbratae. Spatia nonnulla ad picturas, inscriptiones variasque rubricatoris curas excipiendas vacua relicta sunt (e. g. ff. 10^{v}. 34^{v}. 35^{v}. 38^{v}), desunt lemmata complura.

F. 1 et 167^{v} monogramma possessoris, ut videtur, atque foliorum summa; f. 168^{v} lineae tres sine momento dialogi inter lectorem et scribam. In sectura inferiore libri clausi *Ἰὼβ ἐξηγήμεν(os)*, in sectura media litteris capitalibus † *ὁ ἅγιος Ἰὼβ ἐξηγή[γη]μεν(os)*.

In tabulis et in dorso corio castaneo obductis tesserae gentiliciae Pauli V et Scipionis Borghese card. bibliothecarii. In dorso schedula saec. XVIII cum nota rubra *751*. Fibularum vestigia.

752 (olim 481). Saec. XI ex., membran., mm. 335 × 260, ff. 491 (+ 19^{a}. 283^{a}. 389^{a-e} [335-339 bis numeratis], — 110–119. 274 omissis), linn. 39. In duas partes dispertitus (II = ff. 251 ss.).

1 Psalmi cum catena (Karo-Lietzmann, p. 58–59; typus XXII). Praemittuntur [1] (ff. 1–2^{v}) tabulae paschales ann. 1059–1090; [2] (ff. 3–5) ⟨**Cosmae Indicopleustae**⟩ programma in David prophetam (ed. Windstedt, p. 176–177, 26; 178, 5–14; M. 55, 531–534); [3] **Ioseppi et Theodoreti** methodus *ἐκ τῶν ὑπομνηστικῶν αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων*, nempe [a] (ff. 5–8^{v}) de compositione et dispositione psalterii (*Πᾶσα μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς — ἐν τοῖς προφήταις*: M. 84, 20–25 A 13), [b] (ff. 8^{v}–9^{v}) de interpretibus VI (*Πρώτη ἐστιν ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα — Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀρκτίους* (!): M. 28 B 12–29 B 3), [c] (ff. 9^{v}–10) de diapsalmate (*Ἔοικε μουσικοῦ τινος — πνευματικῶς ἐνηχοῦντι*: M. 28 A 5–B 12), [d] (ff. 10–11) de his quae sint ultimo Davidis tempore

gesta (*Πᾶσαν αὐτοῦ συγγραφὴν — παραδοὺς τὴν βασιλείαν*: M. 25 A 14–28 A 4), [e] (f. 11$^{r\cdot v}$) de libris memoratis sed non repertis (*Νάθαν καὶ Ἀδδῶ — ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι*: M. 32 A 4–B 8); [4] (ff. 11^{v}–16^{v}) s. Athanasii ep. ad Marcellinum edita longe brevior (M. 27, 12–45 C 9 *δυνήσῃ καὶ σὺ ζηλῶσαι βίον*); [5] (f. 17$^{r\cdot v}$) versus duodecasyllabi litteris auratis exarati, de libro, de librario, de possessore; primus, qui legitur, praecedentibus ni fallor deperditis: *ὁ πάντα κόσμον ἐν λόγῳ κτίσας πάλαι*, ultimus *πρὸς τὴν ἐν ἔργοις ψυχικὴν σωτηρίαν*.

Desiderantur 94, 10^{b} *ἀεὶ πλα]νῶνται τῇ καρδίᾳ κ. τ. λ.* post f. 299^{v}; 95, 13^{b} *κ. τ. λ.* post 301^{v}; 99, 7^{b} *ἐφύλασσον] τὰ μαρτύρια* — 100, 2^{a} *ἐν ᾠδῇ ἀμώμῳ* post 306^{v}; 136, 7^{b} *ἐκκενοῦτε, ἐκκε]νοῦτε* — 137, 2 post f. 415^{v}.

Catenae fundamentum efficiunt excerpta anonyma ex Theodoreti et Hesychii commentariis sumpta (vide *Chaînes exégétiques*, 1116); posterius addita sunt fragmenta varia auctoribus diversis tributa, quorum sequuntur nomina: Apollinaris, Arethas, Asterius, Athanasius, Basilius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Ephraem, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Iobius, Iohannes Chrysostomus, Olympiodorus, Origenes, Severus, Theodoretus. Notae hexaplares praesertim in ff. 247–251, 253–264 (ps. 77, 37–82, 15), *καθίσματα* et stichometria (e. g. ff. 53^{v}. 447^{v}). Ff. 448–449 psalmus 151, in fine cuius: *Βίβλος ψαλμῶν ρνʹ καὶ ὁ ἰδιόγραφος.*

2 Cantica catena instructi, hoc ordine [α] (ff. 450-453^{v}) Exod. 15, 1–19; [β] (ff. 453^{v}–462^{v}) Deut. 32, 1–43, [γ] (ff. 462^{v}–465) I Reg. 2, 1–10, [δ] (ff. 465–469) Habac. 3, 2–19, [ε] (ff. 469–472) Is. 5, 1–19, [ϛ] (ff. 472–473^{v}) Ion. 2, 3–10, [ζ] (ff. 473^{v}–479^{v}) Dan. 3, 26–51, [η] (ff. 479^{v}–484^{v}) Dan. 3, 52–88 addita doxologia *ἀπόστολοι — ἅγιον πνεῦμα τὸν κύριον ὑμνοῦμεν*, [θ] (ff. 485–486) Luc. 1, 46–55, *Magnificat*, [⟨ι⟩] (ff. 486–487^{v}) Luc. 1, 68–79 *Benedictus*, [⟨ια⟩] (f. 488) Luc. 2, 29–32 *Nunc dimittis*, [⟨ιβ⟩] (ff. 488^{v}–491) Is. 38, 10–20, [⟨ιγ⟩] (f. 491$^{r\cdot v}$) oratio Manasse sine commentariis, quae desinit abrupte in vv. *ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης* (v. 9). Auctores nominantur: Cyrillus Alexandrinus, Eudoxius, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Ioh. Chrysostomus, Nicolaus presbyter, Severus, Theodoretus (cf. Corderius, Expositio Patrum graecorum in Psalmos, III, 1646, p. 853–932, 941–962, 933–939).

Codex splendidus, maxima cura descriptus, marginibus amplis praeditus, imaginibus affabre pictis ornatus. Constabat, ut videtur, fasciculis sexaginta tribus in prima cuiusque pagina summa signati notis, quarum vestigium vix unum superest (f. 235 Λ). Perierunt folium praevium saltem unum in custodiam additum, fasc. *γʹ* folia omnia praeter duo (17. 18), fasc. *λγʹ* folia duo (post 299^{v} et 301^{v}), fasc. *λθʹ* bifolium medium

(post 306^{v}), fasc. *νγ'* folium ultimum (post 415^{v}), fasc. ultimi folium supremum (post 491^{v}).

Foliorum partem interiorem occupat textus sacer litteris grandioribus exaratus, exteriorem vero scholia charactere minutiore necnon compendiis pluries scatente (e. g. ff. 355^{v}. 365^{v}. 377. 380. 458) descripta. Inscriptiones, argumenta, litterae initiales maximae, lemmata usque ad f. 96^{v} auro distincta, postea autem minio solo; auctorum nomina de more omissa signantur in ff. 309–318 (ps. 101–103, 9).

Imagines ducentae viginti affabre pictae, auro variisque coloribus renidentes (cf. Pitra, Analecta sacra II, p. 408–410; E. T. De Wald, *The illustrations in the Manuscripts of the Septuagint*, Vol. III. Psalms and Odes. Part 2. Vaticanus graecus 752, Princeton 1942).

Ferro deciderunt pars exterior f. 19, margines inferiores ff. 268 et 273. F. 217 notula arabica; foliorum summae (f. 1, *υπε'*; f. 491^{v}, *υπη'*). F. 2 nomen possessoris: † *Βιβλείω τῆς Παντανάσσου* (Mistrae?).

Integumentorum tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinata sunt dorsa nova, in quibus tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

753 (olim 485). Saec. XI, membran., mm. 260 × 185, ff. 321, linn. 30 circa.

Commentarius in psalmos 77–150 ex Theodoreto et Ps.-Petro Laodiceno (cf. cod. 412) maximam partem concinnatus, excerptis aliis auctus (Karo-Lietzmann, Catalogus, p. 60; typus XXIII). Inc. mut. *Νόμος ἦν ἀρχαῖος τὰς τοῦ Θεοῦ μὴ κρύπτειν εὐεργεσίας* (Corderius, Expositio PP. graecorum in psalmos II, p. 607). Praeter Theodoretum et Iohannem Chrysostomum citantur Basilius, Gregorius Nyssenus, Isidorus, Origenes. Expositiones variae in marginibus exterioribus contractae, longe vero fusiores quam ut ipsius Scripturae *κειμένῳ* pares respondeant, non semel ad reponendam exinde concinentiam foliis plenis dilatatae sunt (e. g. ff. 34–36^{v}. 82–99^{v}. 143–152^{v}. 190–202^{v}. 242–265^{v}. 304 ss.). Desiderantur ps. 100, 6–8 post f. 101^{v}; 138, 14^{b}–23^{b} *ἔτασον καὶ γνῶ[θι* post f. 276^{v}; 147, 7 *αὐτοῦ καὶ τήξει αὐτὰ* — 148, 5^{a} *αἰνεσάτω[σαν τὸ ὄνομα Κυρίου* post f. 299^{v}. Notae hexaplares.

Praemittuntur [1] (ff. 1–2^{v}) ⟨Eusebii?⟩ argumenta in Psalmos inde a *οζ'* (M. 23, 69–72). [2] (f. 2^{v}) canticorum hymnorumque matutini vesperalis index. [3] versus duodecasyllabi, ex quibus nonnulli atramento pallidiore descripti fere evanuerunt (vide G. Sola, *Giambografi sconosciuti del secolo XI*, apud *Roma e l'Oriente* XI, 1916, p. 18–27, 149–153): [a] (f. 3) **Theophili grammatici** in ludibrium s. Theodori Grapti (*Πάντων ποθούντων προστρέχειν*: M. 121, 997 D–1000 A; cf. B. H. G. 1746), [b] (f. 3^{r-v}) in Christum *ἀντιφωνητήν* (inc. *Τὴν εὐπρέπειαν ὡς ποθοῦσα σοῦ δόμου*, ed. Sola p. 24), [c] (f. 3^{v}) in B. M. V. (inc. *Χρυσός σε βασίλισσαν*, Sola p. 26), [d] (ib.) distichon (inc. *Τριὰς τριάς μου τῶν φίλων*). [e] (ib.) ⟨in reliquias?⟩ (inc. *Ὡς φόρτος ἡδὺς*, Sola p. 149), [f] (f. 4) in ⟨ecclesiam⟩ B. M. V. (inc. *Ὃν νῦν θεωρεῖς*, Sola p. 149), [g] (ff. 4–5) ⟨in Constantinopolim⟩ (inc. *Ὅπου λόγος πρόεδρος*, Sola p. 20), [h] (f. 5) in ⟨B. M. V.⟩ *τὴν Γοργοεπήκοον* (inc. *Ὡς οἶκον εἰδότες*, Sola p. 150), [i] (f. 5^{r-v}) epigrammata varia septem (Sola, p. 151), [k] (f. 5^{v}) ⟨in Mariam sebasten⟩ (inc. *Τάφος τὸ σῶμα*, Sola p. 152). Nominantur Zoe imperatrix et Romanus [1028–1034], Patricius vestiarius et praepositus, Michael *ὁ νέος* [Michael IV: 1034–1041] et Zoe.

In fine [1] (f. 320) *ἐκ τῶν μέτρων τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου* excerptum ab editis longe diversum et brevius (inc. *Σάτον μόδ(ιος) κουμού(λατος)*; cf. Hultsch, Metrologicorum Scriptt. reliquiae I, p. 274); [2] (ff. 320–321) **Libanii** characteres epistolares 1–11, 19, 22 tribus spuriis additis (cf. ed. Weichert, Lipsiae 1910, p. XLV).

Subscriptio (f. 321^{v}), litteris inter se colligatis iterata: † *Ὅσοι τὴν παροῦσαν ἀναγινώσκετε βίβλον διὰ τὸν Θεὸν μακαρίζετε Ἀντώνιον (μον)αχ(ὸν) ἐν τῷ μεγάλῳ καὶ ἀγγελικῷ σχήματι τελειωθέντα. εὔχεσθε δὲ καὶ ἐμοὶ τῷ τούτου ἀναξίῳ υἱῷ καὶ ἁμαρτωλῷ Χριστωδούλῳ τῷ πανευτελῆ.*

Libri Psalmorum pars altera, exarata ab uno eodemque scriba, qui membrana factus parcior lacinias utcumque filis assutas pluries adhibuit (e. g. ff. 57. 95. 130. 145. 164. 183. 185. 250. 269).

Folia praevia quinque ex parte priore ni fallor avulsa. Fasciculi qui sequuntur sunt quadraginta quaterniones (si excipias 28 et 39 seniones, 13. 15. 16. quiniones, 21. 24. 31 terniones, 35 binionem, 22 et 25 foliorum septem) in prima cuiusque pagina summa dextrorsum signati (f. 50 *ζ'*, f. 135 *ιζ'*, f. 220 *κη'*), posterius vero notis novis quae iustum numerum duobus excedunt aucti. Perierunt primi fasciculi pars prior (ante f. 6), folium unum post 101^{v} et 276^{v}, duo post 299^{v} et totidem in fine.

F. 1 foliorum summa (*φιλ. τκζ'*); ff. 2^{v} et 3 monocondylium. In secturis libri clausi litteris capitalibus hodie dissolutis: *ψαλτήριον Δα(υὶ)δ τὸ ξζ'* | *ἑρμηνευθεὶς* (!) | *παρὰ τοῦ* (ex *τῶν*?) *μακαρίου Ἰω(άνν)ου Χρ(υσοστόμ)ου*. F. 319 ante 318 repones.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

754 (olim 241). Saec. X in., membran., mm. 350 × 255, ff. 395 (— 1 et 2 omissis), linn. 35. Foliorum 3–36 turbatum ordinem restituimus.

Psalmi et cantica cum catena (Karo-Lietzmann, Catalogus, p. 39–41: typus XIII). Praemittuntur [1] (ff. 3–8) inscriptiones et initia CLI psalmorum (excerpta apud Pitra, Analecta sacra II, p. 411, ubi codex numero 5 insignitus est). [2] (f. 8^{r-v}) inscriptiones et initia canticorum necnon hymni matutini (cf. Pitra, p. 412–413). [3] (ff. 8^{v}–9) inscriptiones quae neque apud Hebraeos neque apud ceteros interpretes inveniuntur (Pitra, p. 412).

[4] (f. 9) ex Ioseppi hypomnestico cap. *ρνη'*, de libris qui memorantur nec tamen reperiuntur (M. 84, 32 AB; cod. 752, f. 11r·v). [5] (ff. 9–12v) *Εὐσεβίου εἰς τοὺς ψαλμούς*, nempe [a] *Ὁ μὲν ψαλμὸς ἔοικεν — διῄρηται εἰς δύο* (M. 23, 72–73 B 12), [b] de psalterii quintuplici divisione: *Πᾶσαν δὲ τῶν ψαλμῶν βίβλον εἰς πέντε — ἕως τῶν ἐσχάτων* (fere ut apud Origenem; M. 12, 1056 A 5–12), [c] ⟨de compositione psalterii⟩: *Παρατηρητέον δὲ ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν — ἐν τοῖς προφηταῖς* (M. 23, 73 B 12–D 10; Ioh. Mercati, *Osservazioni a proemi del Salterio* [= *Studi e Testi* 142] 1948, p. 113–115; brevius apud M. 84, 25 A), [d] de inscriptione *περὶ τέλους: Διὰ τοὺς ἐπιγεγραμμένους Εἰς τὸ τέλος — ὁ σύμπας κόσμος* (Pitra, p. 437–438; M. 12, 1053–1056 A 2), [e] ⟨rursus de divisione psalmorum⟩: *Τοὺς δὲ ψαλμοὺς καθολικώτερον — ὁμοῦ πάντες οἱ ψαλμοὶ ρνα'* (Pitra, p. 413–418), [f] *γνῶσις τοῦ διαψάλματος. Πολλάκις ζητήσας — καὶ σὺ ἐπιστήσεις* (M. 12, 1057 C 12–1060 C 5), [g] ⟨de inscriptionibus⟩: *Ἐγὼ μὲν ᾤμην — Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ* (M. 12, 1056 B 1–1057 C 10) *καὶ τὰ ἑξῆς.* [6] (ff. 12v–15v) quomodo arca in Hierusalem translata est et compositum psalterium (Pitra, p. 418–427). [7] (ff. 15v–25v) s. Athanasii epistola ad Marcellinum (M. 27, 12–45). [8] (f. 25v) Eusebii divisio psalterii (M. 23, 66 C–68 A; Mercati, *op. cit.*, p. 117) et (ff. 25v–28) argumenta (M. 23, 68–72) sub inscriptione *Κανόνες ψαλμῶν προγεγραμμένοι, ἑκάστου αὐτῶν δηλοῦντες τὴν ἐνέργειαν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προφητευομένην περὶ τοῦ Χριστοῦ. τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου ὑπόθεσις εἰς τοὺς ψαλμούς.* [9] (f. 28r·v) de septem editionibus Scripturae (M. 84, 28–32 A 3). [10] (ff. 28v–34) s. Gregorii Nysseni *ὅτι ἀνακολούθω* (!) *τῇ ζωῇ τοῦ Δαυὶδ ἡ τῶν ψαλμῶν ἀκολουθία*, hoc est In psalmorum inscriptiones II, 11 (M. 44, 541–548 B 13 *τρόπον νικᾷς* pluribus omissis); I, 2 sub inscriptione *συλλογαὶ ἀπὸ βιβλίου διεφθορότος ὑποβρυχίου γεγονότος τοῦ ἐν ἁγίοις κ. τ. λ.* (*Χρὴ τοίνυν — γλυκαινόμενον*: M. 436 B 9–437 C 9); I, 2–4 (M. 437 C 10–448 B 15 *μετουσίας κατορθουμένην*). [11] (ff. 34–36) *ὑπόμνημα Ὠριγένους εἰς τοὺς ψαλμούς* (M. 12, 1060–1076); desiderantur vv. *ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ — ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἀκύ[λαν* (M. 1064 A 2–1072 C 1) duobus foliis post 34v perditis. [12] (f. 36r·v) Ioseppi *ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κεφά(λαιον) ρ'*, quae sint a Davide in fine gesta (M. 84, 25 B–28 A 4). [13] (f. 36v) s. Gregorii Nysseni *εἰς τὸ διάψαλμα* nempe op. cit. II, 10 usque ad illa *πρὸς τὸν ἦχον τῇ δια[νοίᾳ* (M. 533 D–536 A 11).

1 (ff. 37–356v) Psalmi scholiis atque notis hexaplaribus circumsepti lateribus ex quattuor. Auctores nominatur: Adrianus (ed. Pitra, Analecta sacra II, p. 130–132), Anastasius Antiochenus, Apollinaris, Arse(nius), Athanasius, Basilius, Cyrillus, Didymus, Eusebius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Gregorius Siculus, Hesychius, Hieronymus, Iohannes Chrysostomus, Isidorus, Maximus, Nilus, Origenes, Theodoretus, Theodorus Antiochenus (Mopsuestenus; cf. *Le commentaire de Théodore de Mopsueste sur les Psaumes*, p. XVIII). F. 356v psalmus 151.

In edendis commentariis Cyrilli Alexandrini, Didymi, Eusebii nostro [cod. D] usus est A. Maius.

2 Cantica utriusque Testamenti foliis plenis commentario aucta. [α] (ff. 357–360v) Exod. 15, 1–19; comment. inc. mut. *εἰδώλοις προστετηκότες* (Corderius III, p. 853 *Βασιλείου*, lin. 12); [β] (ff. 360v–370) Deut. 32, 1–43; [γ] (ff. 370–372) I Reg. II, 1–10; [δ] (ff. 372–376) Habac. 3, 2–19; [ε] (ff. 376–383) Is. 26, 9–20; [ς] (ff. 383–385v) Ion. 2, 3–10; [ζ] (ff. 385v–388) Dan. 3, 26–45, 52–56; [η] (ff. 388–389v) Dan. 3, 57–88; [θ] (ff. 389v–391) Luc. 1, 46–55 *Magnificat*; [ι] (ff. 391–392) Luc. 1, 68–79 *Benedictus*, [ια] (ff. 392r·v) Luc. 2, 29–32 *Nunc dimittis*; [ιβ] (ff. 392v–395) Is. 38, 10–20. In fine (f. 395r·v) litteris semi-uncialibus Manasse oratio, (f. 395v) hymnus matutinus Trisagio auctus. Auctores citantur: Basilius, Cyrillus, Didymus, Eudoxius, Eusebius, Gennadius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Hippolytus, Hypatius, Iohannes Chrysostomus, Maximus, Nicolaus presbyter, Origenes, Severus, Theod(oretus), Theodorus Heracleensis, Victor.

Codex accurate perscriptus. Comprehendebat fasciculos quinquaginta in prima singulorum pagina notatos (cf. ff. 117 *ις'*, 277 *λς'*, 293 *λη'*, 301 *λθ'*). Perierunt folium foliave in capite libri addita, folia duo post 34v et totidem post 36v scilicet partes extremae fasc. quinti, folium unum post 356v.

Textus sacer litteris erectis paullo grandioribus distinctus, lectiones hexaplares charactere semi-unciali. Scholiorum in psalmos series duplex, una nempe in centurias distributa, alia priori admixta indiciis geometricis compluribus signata.

F. 28 inverso lineae octo latino-italicae saec. XIII-XIV. De codice egit Rahlfs, *Verzeichnis ...*, p. 256. In sectura superiore libri clausi littera *N*.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX.

755 (olim 486). Saec. XI, membran., mm. 363 × 283, ff. III (add.). 226, linn. 50 circiter.

Isaias cum catena (Karo-Lietzmann, p. 334–337: typus I; M. Faulhaber, *Die Propheten-Catenen nach römischen Handschriften*, 1899, p. 41–43, 46–78: Die Johannes-Catene; R. D. *Chaînes exégétiques grecques*, col. 1147). Praemittuntur [1] (ff. 2–7) capita Isaiae prophetae *πη'* (M. 93, 1369–1385 C 3

εἰς θεωρίαν προκείσεται). [2] (f. 7r-v) ⟨Iohannis Drungarii prologus⟩ (M. 24, 81–82; Faulhaber, p. 192–196). [3] (ff. 7v–8) s. **Basilii** argumentum, ὑπόθεσις τῆς βίβλου ἢ φανερὰ καὶ αὐτόθεν ληπτή. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους — συγκαταπεπλεγμένων (M. 30, 129 B 8–D 5). Ὁρῶσι δὲ οἱ προφῆται — ἀλλὰ πρὸς τὸν καιρόν (124 D 1–125 A 14). Πῶς προεφήτευον — ἁμαρτίας σπίλων οὐκέτι (121 C 8–15). [4] (ff. 8–9v) s. **Cyrilli Alexandrini** prooemium (M. 70, 9–13). [5] (f. 9v) **Theodoreti** argumentum (ed. Möhle, apud *Mitteilungen des LXX — Unternehmens* vol. 5, 1932, p. 2; M. 81, 216–217).

Auctores nominantur: Apollinaris, Apollo abbas, Athanasius, Basilius, Cyrillus Alexandriae, Eusebius Caesariensis (vide quae scripsi apud *Revue Biblique*, 1933, p. 540–555), Eusebius Emesenus, Gregorius Nyssenus, Hippolytus, Iohannes Chrysostomus, Iosephus, Irenaeus, Origenes, Severianus, Severus Antiochenus, Theodoretus, Theodorus Heracleensis.

Liber ex exemplari mutilo descriptus (cf. ff. 135v–144v in Is. 34, 14–38, 13; eaedem lacunae in cod. Ottob. gr. 452 ff. 107–110v; in Chis. gr. 45 ff. 179v–186v, ubi prius apertae ab ipso scriba sed atramento diverso expletae sunt).

Scriptura accurata; textus sacer in pagina media, scholia in marginibus exterioribus per centenas distributa. Fasciculi quaterniones κη' in prima singulorum pagina ima sinistrorsum notati. In ff. 1 et 107 insiticiis et in f. 225 picturae (de quibus vide A. Muñoz, *I codici greci miniati delle minori biblioteche di Roma*, 1905, tab. 24. 29. 35); ff. 2 et 10 taeniolae affabre decoratae; correctiones nonnullae (e. g. 50v. 110v. 195v). F. 226v manu recentiore *Pater noster* litteris graecis bis transcriptus; f. 37v inter cetera parvi momenti nomen Μάρκος.

F. II ex codice moduli minoris avulsum, ad scripturam novam recipiendam lotum; inter ff. IIv et III laciniae ex alio recisae; f. III nota emptionis: *In mothono (?) a d(omi)no Lascarj p(ro) duc (?) L(aurentio?)*; ib. index libri manu rudi saec. XV-XVI digestus. F. 19 ⟨a Ioh. Hon. a Mallia⟩ instauratum; f. 7 nota A. M(ai). De codice quaedam apud A. Rahlfs, *Verzeichnis …*, p. 256.

Integumentum ex corio castaneo signato.

756 (olim?). Saec. XI (ff. 1 et 13 saec. XVI), membran., mm. 285 × 215, ff. 301, linn. 40–48.

Evangelia quattuor, commentario ⟨ps.-**Petri Laodiceni**⟩ aucta, fere ut in cod. 358 (cf. Ios. Reuss, *Matthäus-, Markus- und Johannes-Katenen nach den handschriftlichen Quellen untersucht*, Monasterii in W. 1941). Praemittuntur pericoparum indices pro solemnitatibus anni, nempe [1] (f. 2) evangelia matutina undecim (Gregory, *Textkritik des N. T.*, p. 364); [2] (f. 2r-v)

⟨evangelia pro diversis sanctorum festis⟩ (Gregory, p. 385–386); [3] synaxarium, hoc ordine: (ff. 2v–3v) Iohannes (Gregory, p. 344–347), (ff. 3v–4) Matthaei lectiones sabbato-dominicae, (ff. 4–5) Lucae lectiones sabbato-dominicae, (f. 5r-v) Marci lectiones sabbato-dominicae (cf. cod. 357), (ff. 5v–6) evangelia passionum, magnae parasceves et sabbati sancti (Gregory, p. 363); [4] (ff. 6–9v) menologium, quod des. abrupte in iun. 27: s. Samsonis (Luc. 12, 32–40; cf. Gregory, p. 365–381). In ff. additiciis 1 et 13 cycli lunares et cyclus paschalis decemnovennalis. [5] (f. 10r-v) s. **Athanasii** * sermo in passionem, crucem et resurrectionem Domini, inde a vv. Ταῦτα γάρ, φησιν, ἐγένοντο usque ad πλήρωται καὶ πέπρακται (M. 28, 197 D 7–201 D 2).

[1] (ff. 14–96v) in Matthaeum (ed. G. Heinrici, Lipsiae 1908; cf. Reuss, p. 62–63). [2] (ff. 100–151v) in Marcum (inc. Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην: ed. C. F. Matthaei sub nomine Victoris Antiocheni, Mosquae 1775); supplementa plura in nostro, e. g. ff. 113v. 115v. 116v. 120v–121v. 145. 146r-v. 148. Praecedunt [a] (ff. 97–98) capitula, [b] (f. 98v) **Cosmae Indicopleustae** notitia (M. 88, 289 AB), [c] (ib.) argumentum Κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται ἐπειδὴ (Soden, *Die Schriften des N. T.* I, p. 314–315), [d] (ff. 98v–99) argumentum aliud, cum expositionis initio concinens (Πολλῶν ὡς εἰκός — ἐφώτισεν: Matthaei, p. 2–4), [e] (f. 99) epigramma in Marcum (Πέτρου μυηθεὶς: Soden, p. 379). [3] (ff. 156–234v) in Lucam (cf. M. Rauer, *Der dem Petrus von Laodicea zugeschriebene Lukaskommentar*, Monasterii 1920, p. 19, 43–46). Praemittuntur (ff. 152–154) capitula; prologi varii, nempe [a] (f. 154v) de commentari indole (inc. Χρὴ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇδε τῇ βίβλῳ, des. τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ νοήματα: Corderius, Cat. in Ioh. [vide infra] p. ** 2), [b] (ib.) **Titi Bostrensis** (Ἰστέον ὅτι τοὺς μὲν ἄλλους: ed. J. Sickenberger, *Titus von Bostra* [= *Texte und Untersuchungen* XXI, 1, 1901] p. 143), [c] (ff. 154v–155) **Cosmae Indicopleustae** (M. 88, 289), [d] (f. 155) argumentum Κατὰ Λουκᾶν τὸ εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται (cf. Soden, p. 315), [e] (ib.) **Io⟨hannis?⟩** argumentum Λουκᾶς ὁ μακάριος (Soden, p. 306 [102]), [f] (f. 155v) epigramma (Τρίτος δὲ Λουκᾶς: Soden, p. 379). Supplementa rariora (f. 221, Origenes = *Orig. Werke* IX, 1930, p. 227, 27–228, 30). [4] (ff. 238–299v) in Iohannem (cf. Reuss, p. 177–178). Praecedunt (f. 235) capitula; prologi, scilicet [a] (f. 235v) Τὴν ἅπασαν ἱστορίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας (Corderius, Catena Patrum graecorum in s. Iohannem, Antverpiae 1630, p. ** 3v–** 4v), s. **Iohannis Chrysostomi** [b] (ff. 235v–236) Τίνος ἕνεκε τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν — τὰς ἁπάντων ψυχὰς (Cramer, Catenae in evangelia s. Lucae et s. Ioannis, Oxonii 1841, p. 178,

22–179, 7) atque [c] (f. 236) *Πολλῆς ἡμῖν δεῖ σπουδῆς — λεγομένων τὸ ὕψος* (Corderius, p. ** 2^{v}), [d] (f. 236$^{r\cdot v}$) Theodori Mopsuesteni (cf. *Essai sur Théodore de Mopsueste*, 1948, p. 305–306), [e] (f. 236^{v}) Cyrilli Alexandrini* *Μετὰ τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σταυρὸν — ἔδραμε συγγραφήν* (cf. M. 73, 21 C 15-24 C), [f] (f. 237) argumentum *Κατὰ Ἰωάννην τὸ εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται* (Soden, p. 315-316), [g] (ib.) epigramma (*Βροντῆς τὸν υἱόν*: Soden, p. 379); sequitur alia manu scholion in 19, 25. Pericopa de muliere adultera obelis signata necnon commentario carens; supplementa in ff. 260. 271^{v}. 274 (Cyrillus in 11, 52). 276^{v}. 296 (Gregorius Nyssenus). 300 (Eulogius Alex. in 21, 15 ss.).

Liber accurate descriptus; partem foliorum mediam interiorem occupat textus sacer, margines vero exteriores commentarius. Fasciculis λη', quos complectitur, inserta sunt ipsa aetate qua exaratus est ff. 10–12, posterius autem ff. 1 et 13. Appicti sunt in campo aureo f. 11^{v} evangelistae, f. 12 Iesus Christus; *πύλαι*, inscriptiones, litterae initiales maximae (ff. 14. 100. 156. 238) auro variisque coloribus ornatae.

F. 300^{v}: *Κῦρ Φραγκίσκος Ἀκκίδας | εὐγενὴς Κολασσαεὺς πολίτης | Μεσσήνης ἐν τῇ βασιλευούσῃ | τῶν πόλεων Ῥώμῃ ἤγαγε | τὸ παρὸν βιβλίον, ἔτει ἀπὸ | Ἀδὰμ ,ζϙα' μηνὶ ιου|λίῳ ἰνδικτιῶνος ια'* (iul. 1583); de Fr. Accida vide Ioh. Mercati, apud ***Studi e Testi*** 68, p. 226-227.

Integumentum ex corio rubro, fibulis olim munitum, stemmate Gregorii XIII signatum; litteris aureis, in tabula anteriore *ЄΙΣ. ΤΑ. Δ. ЄΥΑΓΓЄΛΙΑ. ΑΛΥΣΙΣ. | ΤΩ. ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩ. | ΓΡΗΓΟΡΙΩ. ΙΓ.*, in tabula postica *M. D. LXXXIII. | ΚΥΡΟΥ. ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ. | ΑΚΚΙΔΑ. ΔΩΡΟΝ.* Foliorum secturae auratae.

Membranae latinae duae ad librum compingendum adhibitae praebent [a] (f. 1^{v}) instrumentum donationis monasterio S. Salvatoris de Lingua dioc. Messanensis anno 1294 factae, [b] (f. 301 recens deglutinatum) instrumentum aliud anni 1335 coram vicario generali Iohannae reginae pro Calabria factum.

757 (olim 246). Saec. XI (ff. I. 1–13. 380 saec. XIII), membran., mm. 300 × 220, ff. I. 380 (+ 315^{a}), linn. 37.

Ps.-Petri Laodiceni in quattuor evangelia (vide cod. 756). [1] in Matthaeum, hac ratione: (ff. 14–109^{v}) commentarius usui liturgico aptatus, nota *ἀνεπ(ίγραφος)* signatus [manu recentiore f. I: *ὁ ἀνεπίγραφος οὗτος ἐστιν ὁ Πέτρος ὁ τῆς Λαοδικείας, ὅστις προηγεῖται τῶν ἄλλων ἐξηγητῶν ἐνταῦθα*], inde a vv. *τοιαύτας φαντασίας ποιοῦντα* (Heinrici, *op. cit.*, p. 30, 13), scholiis auctus quorum auctores nominantur: Apollinarius, Basilius, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, Gregorius Thaumaturgus, Iohannes Chrysostomus, Irenaeus, Origenes, Severus, Theodorus Heracleota, Theodorus Mopsuestenus, Titus (cf. Karo-Lietzmann, Catalogus, p. 562-563: typus II); (ff. 3-13^{v}) commentarius saec. XIII novis membranis suppletus inde ab

